



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermo Martini Lutheri de praeparatione ad moriendu[m]**

**Luther, Martin**

**Lipsiæ, 1520**

**VD16 L 6500**

Tertio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33397**

# Sermo Martini Lutheri DE PRAEPARATIONE AD MORIENDVM.

**PRIMO.** Cū mors ipsa sit quaedā ab hoc mundo, oibusq; negocijs ei<sup>9</sup>, rō, necessariū ē hoī, vt facultates suas ordinatissime disponat, pur vel necessitas, vel voluntas iubet ordinare, ne post mortē eius, occasio litis, cōtentiōnis, aut alterius cuiuslibet erroris inter supstites amicos remaneat. Et hęc est corpalis & exterior seiūctio ab hoc seculo, quæ vale vltimū terrenis possessiōib<sup>9</sup> facit.

**SECUNDO.** Et spiritualis q̄q; abiūctio p̄sumenda est. id est, vt pure, comiter, & p̄pter deū ignoscat oibus hoībus, quibuscūq; nos modis offenderint. Vicissim, nos q̄q; veniā expetam<sup>9</sup> pure & p̄pter deū ab oib<sup>9</sup> hoībus, quib<sup>9</sup> p̄culdubio aut multā irrogauim<sup>9</sup> molestiā, saltem malis exēplis, aut min<sup>9</sup> q̄ p̄ fraternę & Christiāne charitatis p̄cepto debebamus beneficentiā exhibuim<sup>9</sup>, ne anīa vllō in terris maneat obstructa negotio.

**TERTIO.** Cū in hūc modū oibus sup terrā hoībus vale dicto renūcatū est. totū se hō debet ad deū dirigere, q̄ etiā moriēdi trames & tēdit & nos ducit. Atq; hic imminet angusta porta & arcta via, ad vitā tēdens, in quā sese glibet alacriter debet dare: q̄ quidē t̄cti admodum angusta est, tñ longa nō est. Vbi sane p̄tingit morituris, p̄inde atq; puero. q̄e paruo illo materni vteri domicilio cū discrimine & angustijs in hoc latissimū celi & terre spaciū. id est, in hūc mūdum adit. Sicut hō p̄ angustā mortis ianuā trāsit ex hac vita. Et q̄uis celū & mūd<sup>9</sup>, in quib<sup>9</sup> nunc vitā agim<sup>9</sup>, magna & ampla videant. adhuc tñ oīa ad futurū cōparata cœlū lōge angustiora sunt & minora, q̄ est matern<sup>9</sup> vterus ad hoc cœlū collatus. Proinde mortes scōr<sup>9</sup> noua regeneratio. & eorū festa, natalitia a nascendo noīant. Porro angustus ad mortē trāsitus facit, vt hęc vita nobis ampla, & illa esse videat

A q̄

*Bona disponere*

*Oib<sup>9</sup> ignoscat*

*aut*



angusta, Ideo credenda sunt hec, & per corporale pueri  
generatione discenda, prout Christus dicit: Mulier cum  
parit tristitia habet. Cū autē pepererit puerum, iam nō memi-  
nit pressuræ, q̄a natus est hō in mūdū. Itidem & in morte  
te magnanimiter assumēdæ sunt angustia, scireq; debēs  
postmodū ampliora spacia & gaudia esse subsequatur.

**¶ Q VARTO.** Hmōi ad hoc iter directio p̄paratioq;  
In hoc potissimū cōsistit, vt per purā cōfessionē (eorum  
precipue peccōrū quæ maiora sunt, & quæ ad p̄ns in me-  
moriā reduci secūdū possibilē diligentia possunt) & per  
sacrosctā Chriānæ religiōis sacramēta, scilicet & veri  
corpis Chri, & vñtionis extreme, sibi met hō curā im-  
pendat, eadem intente desyderet, magnaq; cū fiducia ab-  
sumat cū haberi possunt. Sin min⁹, debet nihilo cunctat⁹  
tius ipsorū expectatio & desyderiū afferre consolationē  
nō nimia inferre trepidationē. Christus dicit: Oīa possi-  
bilia sunt credenti. Siquidē nihil aliud sacramenta sunt  
q̄ signa quædā, ad fidem idonea & incitantia, prout vis  
debimus, sine qua fide nihil utilitatis afferunt.

**¶ Q VINTO.** Sane prouidendū est & serio & diligen-  
ter, vt homo veneranda sacramenta plurimi æstimet, in  
honore habeat, eisq; magnanimiter atq; alacriter confis-  
dat. & eadem contra peccm, mortem, & inferos sic in bi-  
lance trutinat, vt lōgissime p̄ponderent, multoq; magis  
se reuoluēdis sacramentorū virtutib⁹, q̄ peccis recogis-  
tandis occupet. Quomō autem honor recte deferatur,  
& quæ nā sint virtutes scire oportet. Honor est, vt cre-  
dam verum esse, mihiq; obuenturū, quicquid vel sacra-  
menta designāt, vel deus in eisdem inesse dicit & ostēdit,  
vt cū Maria dei matre firmissima fide dici q̄at, Fiat mi-  
hi secūdū verbū & signū tuum. Nam cum inibi ipsemet  
deus per sacerdotē loquat & benedicat, nō posset deo in  
suo verbo & ope maior inhonoratio exhiberi, q̄, an ve-  
rū sit ambigere: nec amplior deferri honor, q̄ credere,  
hoc ip̄m verum esse, & eidem plene confidere.

*sacra quid*

*hinc si omnipot*